

M A V R I T I V S A F I R S T E Q V E S .



MAURITIUS ex nobili familia Hohenfürstiorū in ducatu Vuirtenbergensi natus, & omnis generis uirtutibus educatus fuit. hic cum adoleuisset, armorum studia elegit, atq; militaria exercitia magna diligētia percepit. Inde Maximiliani & Caroli Imperatorum castra secutus, sua fortitudine effecit, ut ordines ducere, atq; equitibus præesse iussus fuerit. id quod ipse magna dexteritate perfecit. In primis uero corporis atq; animi uirtutes in Vngaria cōtra Tuream declarauit, atq; anno 1532, cum Turcarum et Christianorum Monarchæ de rerum summa prælio decertare statuissent, equitū præfetus extitit. In ea expeditione se talem exhibuit, ut eius fortitudo etiamnum ab Vngaris unicè prædicetur & cōmendetur. Tum etiam factum, ut Solymannus turpi fuga multis suorum amissis Constantino polim redierit. Hinc factum ut Mauritus cūctis militibus gratus, sibi magnū nomen compararit, atq; uirorum illustrium Germaniæ catalogo insertus fuerit. Georg. Rhod. equitum Magist.